Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

facere quibus testificantibus possint conuinci. cuius sententia sint soluendi
uel dampnandi breuiter consideremus. Ac primum a pontificali gradu incipien
tes qualem oporteat eum esse qui in episcopum est ordinandus. diligenter inuestigemus
apostoli regulam secuti. quam inbiũ mu re tymotheo et tito scribit dicens. Opor
tet episcopum esse inreprehensibilem. id est non obnoxium reprehensioni. Hoc ad tymo
theum. ad tytum autem. Oportet episcopum sine crimine esse. quod ut Ieronimus scribit
ad oceanum idem est. Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur.

.I. e. d. xxxi. cap. i.

Unde in eadem epistola Ieronimus dicit. Res pene contra naturam est. ut sine peccato
aliquis sit. sed talis eligatur cuius comparatione ceterum grex dicantur. In epistola uero ad

quid sit crimen.

tytum crimen uocatur criminale peccatum. uel criminalis infamia. Unde
ibi legitur. crimen est querela. id est peccatum accusatione et dampnatione dig
num. Quod autem sine crimine iubetur esse qui in episcopum eligitur. non ante baptisma

.I. e. d. xxv. vi. cap. i.
.I. xxviii. q. iii. cap. i.

sed post baptisma intelligendum est. ut a tempore uidelicet baptismatis nullius
criminis conscientia mentem eius remordeat. Criminis appellatio
alias late patet. complectens omne peccatum. quod ex deliberatione procedit.
Unde Beda super epistolam Iacobi. peccata que ex ignorantia uel infirmitate
humana committuntur dicit. et precipit alterutrum confiteri. que facile dimit
tuntur. que uero uero que sunt ex deliberatione. non nisi per penitentiam. Hinc et Augustinus ait.
Nullum peccatum est adeo ueniale. quod non fiat criminale dum placet.
Alias ea demum significat que semel commissa ad dampnationem suffi
ciunt. Multa enim ex deliberatione procedunt. que nisi sepius iterata et in consue
tudinem fuerint deducta. quamuis grauent post mortem. non tamen eternaliter per
dunt. que et si quadam ratione crimina appellentur. tamen mortifera et ca
pitalia non sunt. Unde Augustinus in omelia de igne purgatorio exponens
uerba apostoli. siquis super hoc fundamentum edificauerit ligna. fenum. sti
pulam. Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes. falsa securi
tate decipiuntur. dum credunt quod si super fundamentum christi crimina
capitalia edificant. peccata ipsa per ignem transitorium possint purga
ri. et ipsi postea ad uitam perpetuam peruenire. Intellectus iste fratres karissimi cor
rigendus est. quia ipsi se seducunt. qui sic se blandiuntur. Illo enim transitorio
igne de quo dixit apostolus. ipse saluus erit. sic tamen quasi per ignem. non capitalia
sed minuta peccata purgantur. De quibus et si non omnia. uel aliqua commemoran